

cumque vndeumque venientes, ita Sanchez lib. 4. in decalog. cap. 43. nu. 15. & cap. 54. nu. 59. a Sorbo in compend. verbo Absolutio quo ad fratres, & seculares, conclus. 10. pag. mihi 57.

Probatur ex privilegio Pauli III. concessio Soc. IESV, quod refert Sanchez lib. 4. in decalog. cap. 54. num. 3. quo tribuitur Confessariis Societatis, & per participationem reliquis mendicantibus, facultas commutandi quacumque vota quorumcumque, vndeumque venientium. Et ratio esse potest, quia cum Religiosi habeant auctoritatem dispensandi, & commutandi vota a Summo Pontifice, qui toti orbi praefit, non est cur ea restringenda, sit ad subditos illius Diocesis, in qua Religiosi inveniuntur.

At iniques, ergo etiam Episcopi, qui habent auctoritatem a Papa, poterunt vndeumque venientium vota dispensare, & commutare quod tamen est falsum, vt habet communis sententia, Sylva verba Domicilium in fine, & supponit Sanchez lib. 4. in decalog. c. 43. n. 14. & c. 54. n. 59.

Respondet, falsum assumi, quod Episcopi habent talem auctoritatem a Papa, habent enim a iure ordinatio, per quod, seclusa reservatione, possunt in suis Diocesisibus in omnibus votis, sicut Summus Pontifex in toto orbe, dispensare. At ratione reservationis nequeunt in quinque, vnde Sanchez 4. in decalog. cap. 40. n. 24. innumeris citans. Vnde non est mirum, si formidaria illorum auctoritas ad fortes non extendatur, ad quos extenditur delegata Regularium per citatum privilegium Pauli III. quod si videtur potuisset Sylva loco cit. aliter locutus fuisse.

Quares primo. An requiratur in confessariis regularibus licentia specialis suorum Praelatorum, ad hoc vt possint vti dicta facultate, circa dispensationes, vel commutationes votorum, an vero sufficiat licentia illa generalis, qua admitti sunt ad confessiones audiendas.

Quares secundo, si possunt confessarii regulares praedicta facultate circa vota vti, vnde est quod aliqui Episcopi commutationem votorum, & dispensationem sibi referunt vt Archiepiscopus Genuensis, Neapolitanus, Episcopus Regii in Lombardia, & Nola in Regno Neapolit. Ex quo sequitur, quod stante decreto Sacrae Congregationis citato, quo prohibetur regularibus absolutio a casibus Episcopi reservatis, non possunt, in praedictis saltem locis, regulares praedicta facultate vti.

Ad primum respondeo, sufficere generalem illam licentiam suorum Praelatorum, qua approbati sunt ad secularium confessiones audiendas, absq; noua, & speciali licentia, nisi forte in aliquo peculiari casu ea requiratur quia sic expresse declarat Pontifex privilegium concesses, vt in dispensando ad petendum debitum, cu eo qui facti voto castitatis, de facto contraxit, vt dicit in specie Sanchez 4. in decalog. c. 43. n. 10. vel si quis alius sit casus in hac materia votorum quod non videtur in reliquis sufficere illa generalis licentia. Et ratio est, quia eo ipso, quod sunt approbati a suo Praelato, & ab Episcopo, recipiunt auctoritatem, & iurisdictionem a Pontifice, vt dixi supra hoc c. concl. 3. Ita videtur sentire a Sorbo in compend. priuil. verbo Absolutio quo ad fratres, & saecul. verus finem, pag. mihi 64. tit. resolutio quo ad absolutionem saecul. & Rodriguez tom. 1. quaest. Regul. q. 6. 1. art. 5.

Ad secundum respondeo, non ideo sibi illis Episcopos vota reservare, quia casus sint, sed vt intelligatur, quod dispensare super illis, eaque commutare, pertinet ad ipsorum iurisdictionem. Vnde non sibi talem iurisdictionem referunt pro Regularibus privilegiatis, sed pro illis, qui tale privilegium non habent. Sicut antequam prohibiti essent Regulares absolueri a reservatis; adhuc tamen Episcopi sibi casus reservabant; & tamen pro illis, qui habebant privilegium absolueri, non intelligebatur casus illi esse reservati.

S. Secundus, de alijs quibusdam privilegijs Regularibus circa Confessiones secularium audiendas.

Dico primo, possunt Regulares mendicantes approbati legitime ad confessiones audiendas etiam non graduati aliquo magisterio, vel doctoratu, litteras, seu

Breuiata facere penitentiaria, qua committuntur Doctori, aut magistro in Theologia aperire, & auditis confessionibus ad ipsos recurrerentium, imposita illi penitentiaria in litteris expressa, vel de iure imponenda, eos absolueri, ac in foro conscientiae quacumque sibi verbo, vel scripto committas absolutiones, dispensationes, & penitentiarium inunctiones excipere, & exequi, si fuerint ad id specialiter a Generali admitti, & approbati, ita Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 28. n. 6. a Sorbo in comp. verba Confessores sine, Rodriguez tom. 1. quaest. regul. q. 63. art. 8. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. n. 11. Molinellus tom. 1. sum. tract. 4. cap. 12. n. 64.

Probatur ex priuil. Gregorij XIII. concessio Sacerdotibus Soc. IESV, quo fiuntur omnes participantes, & referunt citati Doctores.

Et per extensum Chentib. tom. 1. Bull. in Greg. XIII. constit. eius 73. quo pag. mihi 457. incipit, Exponit nobis, & pro explicatione huius priuilegij vide Portelin addit ad dub. reg. verbo Confessor a. n. 75.

An autem possint Regulares nullo gradu insigniti extra sacramentum penitentiae, tales litteras aperire, & excipere, tunc Sanchez loco cit. num. 30. quod sic. Sed obliate videntur verba illi priuilegij (*S. auditis confessionibus*) Ad qua licet respondeat, cautius tamen est confessiones eorum audire. Quia sic etiam melius adimplentur conditiones quae solent poni in talibus litteris, vbi gratia, *si in esse per diligentem Oratoris examinationem fuerint.*

Dico secundo Regularis approbatus ab aliquo Ordinario de licentia suorum superiorum, quando terra, aut mari iter agit, potest (non repugnante Parrocho, illius Ecclesiae) vbique predicare, & omnium confessiones audire. Ita tamen, vt si eo loco ordinarius adfuit, illius licentiam prius obtineat Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 28. n. 2. Rodriguez tom. 1. q. regul. q. 59. art. 5. A sorbo in compend. verbo Absolutio quo ad fratres, & seculares, conclus. 11. pag. 57. Mir. tom. 1. manualis praet. q. 54. art. 8. Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 28. sect. 7. n. 13.

Probatur ex privilegio Gregorij XIII. Concessio sacerdotibus Soc. IESV, quod referunt citati Doctores. Sed, vt audio, hoc privilegium vti vix vocis oraculo receptum. Cautè igitur procedendum, & re melius inspecta.

Dico tertio, Possunt Regulares approbati in vna Diocesi, subditos illius Diocesis, vbicumque reperit, extra territorium, & Diocesis, a peccatis absolueri. Sicut in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 3. verbi Aliud verò dubium, Ledesma 1. par. tum. de sacram. penit. cap. 12. dub. vii. pag. mihi 420. Angles in floribus, q. de confess. art. de militro, veru poterit etiam confessiones. pag. mihi 281. Henriquez lib. 6. de sacram. penit. cap. 7. n. 1. qui dicit esse communem recentiorum, Rodriguez tom. 1. quaest. regul. q. 60. art. 5. Mitadna tom. 1. manualis, quaest. 45. art. 14. conclus. 3. fine.

Probatur ex priuil. Sixti I. V. Id disertis verbis concedentis, quod refert Casar. in compend. verbo Absolutio, quo ad seculares 1. n. 1. Rodriguez, Mir. Henriquez locis cit.

Secundo. Probatur, quia possunt Curati suos subditos vbicumque reperit, extra eam Diocesis, absolueri, vt est communis opinio, Sylva verbo Confessor 1. q. & num. 14. Arnul. verbo Confessio, num. 34. Henriquez, Rodriguez, Ledes. & alij cit. ergo & id possunt Regulares; consequentia probatur, tum auctoritate citatorum scriptorum; tum ex Clementina Dudum de sepulchris, vbi Clemens V. auctor illius Clementina; pares facit regulares confessarios, quo ad potestatem audiendi confessiones, Curatis.

Si obijctas ex eadem Clementina, §. Statuimus in fine, quod extra Diocesis, in qua fuerint regulares deputati, non possint Confessiones audire.

Respondent Sotus, Ledesma, Henric. in comm. litt. D. Sentum illius Clementinae esse, quod nullo pacto possint Confessarii regulares iurisdictionem exercere in subditos illorum Episcopatum, in quorum Diocesisibus non sunt